



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

25 Mulieres, quae prae verecundia, aut alijs de causis partum exponunt,
vel alio modo occidunt, si detecto flagitio in Ecclesiis se recipiant, an
gaudeant immunitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

fit per iudicem ecclesiasticum, vel contra iterum puniri. Si crimen est grave, pro quo est imposita poena spiritualis, & temporalis tenet Abb. quod sic, *in d. cap. cum sit generale. n. 1.* quem sequuntur Barto. *in l. placet. n. 6. & 7. C. de sacrosanct. Eccl. & ibi Bal. num. 15. & c. felicis. §. per hoc. quoque de poen. in 6.* quem Abb. dicit multum notabilem, *in c. tua. nu. 5. vers. sed in contrarium est rex. de procus.* & hæc conclusio, recipit distinctionem, quia, aut per diversas leges imponuntur diversæ poenæ pro eod. delicto omnino separatae, & impositio unius non tollit aliam. *ut d. capit. felicis l. qui sepulchra. C. de sepul. vi. & Bal. in l. data opera. nu. 3. C. de iis qui accus. non poss.* Aut poenæ non sunt diversæ, sed omnino similes, & tunc, si poena à iudice Ecclesiastico inflicta fuit sufficiens ad criminis punitionem, eo casu non potest iterum delinquens à iudice seculari puniri. Abb. *in c. tua. num. 8. vers. & recitat. ibi de procur. & Covarr. in l. 2. var. resol. c. 10. num. 6. circa fin. ne de unius hominis delicto sæpe queratur l. licet. §. infactum. ff. nau. caup. & slab. & Abb. in d. c. tua. n. 7. vers. idem dicit Hosto.*

Constitutio prætata super ecclesiastica immunitate edita plura personarum genera excipit, quæ eadē nō gaudent immunitate.

Primò non gaudent publici latrones, & dicuntur publici latrones, qui in itinere publico, vel mari furta committunt. arg. *text. in l. capitalium. §. grassatores. & §. famosos ff. de poen. & Farinac. in sua prax. crim. par. 1. tom. 2. q. 28. n. 50.* viarumque grassatores, qui itinera frequentata, publicasue stratas obsident, ac viatores ex insidijs agrediuntur. *c. sicut antiquitus. 17. qu. 4. & melius c. inter alia. de immunit. eccles.*

Secundò depopulatores agrorum. *eo. c.*

inter alia ubi etiam gl. penul. & facit l. 1. C. quan. lic. unicui.

Tertiò, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, earumve cœmeterijs committere non verentur. *cap. fin. ubi Abb. & alij de imm. Eccl. Boer. dec. 109. num. 3. & Clar. in prax. crim. §. fin. qu. 20. ver. item quero.*

Quartò qui proditoriè proximos occidunt. *Exod. c. 21. ubi, si quis per industriam proximum occiderit, & per insidias ab altari meo evellas eum, ut moriatur, & cap. 1. de homicid.*

Quintò assassini, de quibus *in cap. 1. de homic. in 6.* qui nec gaudent immu. Eccles., ut post per alios per ipsum citatos idem Farinac. *ca. qu. 28. nu. 26.*

Sextò pro crimine hæresis inquisit. Abb. *in dicto cap. inter alia num. 6. de immunit. Eccles. & Covarr. in lib. 5. var. resol. c. 20. vers. decimoquarto sub. nu. 11.*

Septimò rei criminis læsæ Majestatis in ipsammet personam Principis. *Gig. in tract. de crim. læs. Majest. lib. 3. qu. 3. Dec. in tracta crim. lib. 6. cap. 28. nu. 23.*

²⁵ Dubitari enim potest, san mulieres, quæ partum exponunt, seu alio modo occidunt si detecto flagitio, in ecclesijs se recipiant, gaudeant ecclesiastica immunitate, & licet iste casus sit de arduis, tamen gaudent ecclesiastica immunitate, quia delictum huiusmodi sub nomine eorum, qui proditoriè occidunt cadere non potest, cum proditio non cadat contra personam infantis, quæ non habet velle, nec nolle, sed contra eum, qui fidem alterius sequendo, æditur, † ut, quando aliquis unum habet in verbis, & aliud in corde, percutiens socium in via, offendens convivam sedentem in mensa, occidens aliquam